



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos
Cardinales &c. Libri VI**

Baronius, Justus

Mogvntiae, 1605

Clarissimo Viro D. Ivsto Baronio Veteracastrensi In Catholicæ Ecclesiæ
Portvm feliciter recepto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

CLARISSIMO VIRO
D. IVSTO BARONIO
VETERACASTRENSI IN CA-
THOLICA& ECCLESIA& PORTVM
feliciter recepto.

J U S T U M

Deduxit (Dominus) per vias rectas, & o-
stendit illi regnum Dei, & dedit illi
scientiam Sanctorum.

Sap. 10.10.

C Andida Religio, veterumq; antistita-
morum
Et veri dux una fides, tuq; arbitramundi
IVSTITIA, optanti noua suffice gaudia cœlo.
Ecco tuus tibi IVSTVS adest, iā iustus apertas
Hæremon surgit nubem cluclatus in auras.
Fallendiq; astus, ahierataq; tenebras,
Præterita in puro cognoscit damna sereno.
Talis erat dominâ postquam Memphitide
pressum
Iosephus tetro Iustus caput extulit antro,
Ut faceret Phario terrarum arbitria curru.
Tu dominam infamem, dense caliginis um-
bras,
Seruitiumq; anima īā vindice lumine Christi
Egressus, sanctâ cum libertate, fideq;
Ducis inoffenso constatē tramite gressum,
Sidereamq; viam, & tritos cœlestibus orbes,
Ter fœlix, solidog; locas vestigia VERO.

Aphi-

Aspice quā aeterno teritur petra ardua calle,
Hanc firmata super fulgenti Ecclesia cœtu,
Immoto perstet vultu immutabilis, unum.
Doctrinæ & morum seruans sincera tenorem,
Non illa ancipi mentem frustrata figurā
Præcipitat dubiam sensus variante salutem,
Arreto stabiliq; gradu fida inferet astris
Inculpatam animam, vitæ aspera vincere
cuncta, &

Subter humi stratis docet insultare periclis.
Certa via, & longo sæclorum plana meatu
Et diuerticulis sæclarum imperdita constat.
Hac quia te reducem, leni IUSTE agmine
ducens

Emeritum aethereæ fert admotura corona,
Perge alacer, quo iam tot ierunt sæcula duellu,
Neu metue, illa etiam priuatum lumine
Saulum,

Quām sua cernentem, securius orbita vexit.
Hac olim AVRELIVS varijs anfractibus actus
Dum reprobat, repetitq; vias, in pace quieta
Sollicitam ingemuit, raptamq; per inuia vi-
tam,

Erroresq; suos: Huc errabunda Luihero
Coniēpto retulit STAPHYLVS vestigia: Magn⁹
Te Exemplo, scriptisq; grauis PISTORIVS
anteit

Proximus, inq; viam docet auia corda resuerti,
Palantesq; animas Fidei, cœloq; reducit.
Huc te etiā immensos post magni pectoris aestus
Elabyrinthæis ambagibus extricatum

Sum-

Sūma Dei eduxit clementia IUSTE ; nec illum
Aet latuit studium, aui pia cura impensa sa-
luti,
Et toties vigiles in veri indagine noctes.
Cum veterum crebro monumenta exacta re-
mensus,
E: precepta Patrū, Magnæ concordia Romæ;
Atq; aliena nouis emirabare magistris,
Aufuit, & blando cita pectora perculit iclu
GRATIA, dum medio pendes discriminè rerum
Et verum damnas animo alternatè probasq;
Postquam nocte animi excussâ, vinclisq; solutis
Aetheream toto admisisti pectorè lucem.
Tum vero inuidio fulsit constantia scuto,
Et triplici Heroos artus adamante reuinxit.
No graue propositum carissima pignoranati,
Coniugij non fregit amor, non fama malignis
Pronior, & IUSTI virtutibus inuidamouit.
Et merito patriâ, quam Christo agere exul
adempto
Maluit, & patrio bene profumo astra pacisci,
Iam sic ille fide meritisq; adspirat olymbo,
Sic alijs prætentat iter, quos nocte profunda
Lux summâ de luce Deo, Deus enocet ultrè
In regnum, & puro det lumine posse renasci.

A. C. M.

IN-